

Distinguunt recti tractus , orbesque recurvi .
 Ipsa Dea e medio prodibit fulgida templa
 Ad limen : juvenum supplex densissima turba
 Stabit Achemenidem circum , ac deducet ad ædem
 Ille avidos ; numero sed me secernet ab omni
 Apprehensum dextra , Divæque in limine sisteret .

Parte alia Phœbusque aderit , totusque canenti
 Aonidum chorus ; ille oculos ad nubila tollet ,
 Atqne aciem extentas volucrum defiget in alas .
 Squammigerum interea placido pecus æquore ludet ,
 Quadrupedes curvo , bipedesque in litore stabunt
 Assimiles gressum densantibus : atque rubenti
 Ad latus undantes effingam sanguine venas ,
 Carminis argumentum ingens , quo Pindus , & omnes
 Arcadicum insinuit nemus olin , & Pegasis unda .

Nec deerit sacerdos cœtus Astræa regenti
 Adsistens , nec Divus Amer , Pietasque ; Fidesque .

Sed quid ego longū frustra moror ? Heu brevis hora
 Effugit . I , Lycida : conceptum mente laborem
 Da facili complere manu ; atque inducere fucos .
 Inductis demum fucis , nocteisque , diesque
 Tegum adero , alternoque horas sermone trahemus .

*Stanislai I. Poloniae Regis Lotharingia ,
 ac Barri Ducis inter Arcades Accl.*

*Eutymii Aliphiræi , dum ejus
 effigies in publico Arcadum
 cœtu erigeretur ,*

ΑΠΟΘΕΟΣΙΣ.

Quis novus Arcadicum fulgor nemus , altaque Pindi
 Involvit capita , & sacrum penetravit in antrum ?
 Personat insuetum , ac latè se murmure fundit
 Pegasus fons , & flores , herbasque virentes

Im-